

Latini sermonis cursus a principio aut ex nihilo

Vicesima una lectio

VICESIMA UNA LECTIO

VICESIMAE LECTIIONIS ESERCITATIONUM A SERMONE ITALICO EMENDATIO

A latino sermone esercitationes de visu emendabo

1) Dives est qui non desiderat quod non habet. 2) Nos qui nunc vivimus, magnam gratiam debemus ei qui ante nos vixit et nobis tot commoda paravit. 3) Clytemnestra, Agamennonis adventu, post Troiae bellum dissimulavit quod in animo habebat. 4) Calamistrum calamus ferreus erat quo mulieres capillos crispabant. 5) Stultus est qui veste hominem iudicat. 6) Alexander Magnus magnopere Homerum amabat cuius carmina semper secum habebat. 7) Agricolae eius verbis non crediderunt qui eis bis eluserat. 8) Saepe quae spernimus utiliora sunt quam illa quae laudamus. 9) Thrasybulus Athenis triginta tyrannos expulit quorum facinora innumerabilia erant. 10) Aemilio Paulo consuli quinque filii erant, quorum duo paulo post victoriam eius apud Pidnam decesserunt.

1) Eodem anno quo Hannibal, etiam decessit Scipio Africanus Maior. 2) Pater amicos cognoscere desiderabat quibuscum filius diem agebat. 3) Alexander, Macedonum rex, equum habebat cuius nomen Bucephalus erat. 4) Parthi quibuscum Romani saepe bella sustinebant, in Asia habitabant. 5) Tempora quibus Homerus vixit, remotissima sunt. 6) Magister discipulos puniet quorum magnam culpam invenit. 7) Omnibus nota est maxima militum virtus quam dux laudavit. 8) Hoc donum est quod exspectabam: tibi gratias ago. 9) In Germaniae montibus silvae erant in quibus plurimae ferae vivebant. 10) Athenienses in exilium Themistoclem miserunt qui sua virtute Rempublicam servaverat atque Persas apud Salminam fugaverat. 11) Difficile est credere hominibus quibus mendacium consuetudo est.

1) Homines non iudico quorum facinora ignoro. 2) Inanis gloria est quae ex virtutibus non provenit, tristis fama quam vitiis paramus. 3) Romani iniuste C. Marcium Coriolanum consulem accusaverunt, qui ob eam re apud Volscos confugit, et contra Romam eos incitavit. 4) Cyrus, anno quingentesimo quadragesimo sexto ante Christum natum, Croesum, Lydiae regem, vicit qui miris divitiis clarus erat. 5) Mardonius Athenas occupavit quas incendio postea delevit. 6) Mors peximum malum est, etiam homini qui in maxima miseria vivit. 7) Duces Romani militibus agros distribuebant quibuscum pugnaverant. 8) Atticus, cuius Cicero amicus erat, vir prudens ac doctus erat. 9) Multae

virtutes erant quarum praediti fuerunt antiqui Romani. 10) Stulte canis avidus carnem demisit quam ore tenebat.

Studiare sul testo di grammatica:

- Pronomi relativi: quicumque

Collegarsi a questo indirizzo per completare la lezione

<https://www.youtube.com/watch?v=igbaUcURnj0>

**ESERCIZI DELLA VENTUNESIMA LEZIONE: DEVONO ESSERE SVOLTI TUTTI.
LA CORREZIONE A VIDEO NELLA VENTIDUESIMA LEZIONE**

Utilizzare al bisogno un piccolo dizionario

**Prima di iniziare la traduzione si devono conoscere tutte le regole della
ventunesima lezione**

1. *Quaecumque ad vitam necessaria sunt, pauperibus donare debemus.* — 2. *Quisquis est, numquam in numero amicorum meorum erit.* — 3. *Quicumque in tempestate navem gubernavit et salvam in portu collocavit, idem tranquillo mari (= quando il mare è tranquillo) gubernare scit (= è capace).* — 4. *Quisquis veniet, mihi hospes gratus erit.* — 5. *Quidquid optaveris, tibi dabo.* — 6. *Quicumque legibus paret, iudicum severitatem non timet.* — 7. *Quoquo modo in hac re ages, assensum meum tibi dabo: nam facinora tua semper fida et digna existimatione fuerunt.* — 8. *Quicumque haec dixit, illi est difficile credere, quia (= dal momento che) contra veritatem eius verba repugnant (repugno, as, 1^a = lottare).*

Esercizio 168

1. Qualunque cosa il maestro vi dica, riponetela nelle vostre menti. — 2. Chiunque ti abbia detto ciò è un malvagio. — 3. In qualunque modo io abbia compiuto l'impresa, ora sono contento. — 4. Qualunque ingiuria tu abbia ricevuto (= accepisti), perdona. — 5. Non è vero amico chiunque abbandona gli amici nelle disgrazie. — 6. Questi versi piaceranno a chiunque tu li legga. — 7. Chiunque di voi sarà in strettezze (*angustiae, arum, f. pl.*), noi lo aiuteremo volentieri. — 8. Chiunque trascura i genitori non è degno di rispetto. — 9. Non con chiunque stringeva (*iungo, is, 3^a*) amicizia, ma solo con coloro che avevano animo benevolo e retto (*probus, a, um*).

Tema XXV

DARIO PARLA AI SUOI SOLDATI PRIMA DELLA BATTAGLIA. - *Hostes quos videtis iidem sunt qui nos ad flumen Granicum (= Granico) profligaverunt: qui sanctitatem nostrorum templorum violaverunt, qui domos nostras deleverunt, qui senes et pueros necaverunt. Hoc die, milites, tot iniurias vindicabitis: pugnate igitur ea virtute, quam iam ostendistis. Tota Asia, quam a maioribus nostris hereditate recepimus (= abbiamo ricevuto in eredità), in nostra potestate erit tandem (= finalmente), si hunc hostem profligaverimus ferociorem ipsis beluis. Digni este gloria patrum, quorum virtus insidias Graecorum elusit eorumque superbiam fregit. In vestris manibus est et dulcioris vitae spes et turpis servitutis initium, quae ipsa morte peior erit.*

Latini sermonis cursus a principio aut ex nihilo

Vicesima altera lectio

VICESIMA ALTERA LECTIO

VICESIMAE UNAE LECTIIONIS ESERCITATIONUM A SERMONE ITALICO EMENDATIO

A latino sermone exercitationes de visu emendabo

1) Quodcumque magister vobis dicit, in vestris mentibus ponite. 2) Quicumque tibi hoc dixit, improbus est. 3) Quoquo modo inceptum egi, nunc felix sum. 4) Quamcumque iniuriam accepisti, ignosce. 5) Verus amicus non est quicumque amicos relinquit in rebus adversis. 6) Haec carmina ei placebunt quicumque legit. 7) Quicumque vestrum in angustiis erit, libenter eum iuvabimus. 8) Quicumque parentes negligit dignus reverentia non est. 9) Cum omnibus amicitiam non iungebat, sed solum cum eis quibus animus rectus et probus erat.

Studiare sul testo di grammatica:

- Pronomi e aggettivi interrogativi

ESERCIZI DELLA VENTIDUESIMA LEZIONE: DEVONO ESSERE SVOLTI TUTTI.

LA CORREZIONE A VIDEO NELLA VENTITREESIMASIMA LEZIONE

Utilizzare al bisogno un piccolo dizionario

Prima di iniziare la traduzione si devono conoscere tutte le regole della ventiduesima lezione

1. Quis Graecorum sapientior Socrate fuit? — 2. Athenis, regis Philippi temporibus, qui orator Demosthene clarior audaciorque fuit? — 3. Quid turpius est prodicione, quid magis impium? — 4. Quorum hominum mores non cognovit Ulixes? — 5. Qua aetate vitam egit Tacitus, clarissimus rerum gestarum scriptor? — 6. Quis de moribus severior iudex fuit Catone? — 7. Quod malum gravius bello civili? — 8. Quae mulieres magis strenuae fuerunt Amazonibus? — 9. Quo anno Romulus urbem Romam condidit (perf. di condo, is, 3^a)? — 10. Cuius con-

silio Graeci proelium navale apud Salamina insulam cum Xerxe commiserunt? — 11. *Quando regem Tarquinius, quo nemo superbior fuit, Romani Roma expulerunt* (perf. di *expello, is, 3^a* = cacciare)? — 12. *Quis vestrum lepidas fabulas ignorat quas Phaedrus scripsit de hominum vitiis?* — 13. *Quid de hac re censes?*

Esercizio 170

1. In quale battaglia e in quale anno Scipione vinse Annibale? — 2. Quale scrittore romano ha tramandato ai posteri le maggiori notizie intorno agli imperatori del primo secolo dopo Cristo? — 3. Chi [per] primo inventò le orribili spade? — 4. Quale dei poeti romani è più amante della campagna di Tibullo? quale più contrario alla guerra? — 5. Con quale animo tollerate queste cose? — 6. Quale fiume divide la Gallia dalla Germania? — 7. Perché, o Coriolano, vuoi (= *vis*) distruggere la patria, di cui nulla è più caro? — 8. Quanti anni durò (= *fu*) la seconda guerra punica? — 9. Che cosa dici? Quale pazzia ti sconvolge? — 10. Chi ha scritto i tre libri intorno ai doveri? — 11. Chi crederà a codeste vostre parole menzognere? — 12. Quando leggerai i due poemi di Omero, di cui nessun poeta è più grande?

Esercizio 171

(Grammatica §§ 96, 97)

1. *Graeci et Persae diu inter se pugnaverunt: utrius populi causa iustior et melior fuit?* — 2. *Quisnam beatus inter homines est?* — 3. *Apud lacum Trasumenum Romani magnam cladem acceperunt* (= subirono); *quam multi vitam amiserunt?* — 4. *Quot fuerunt Ulixidis socii? Num quis cum eo Ithacam pervenit?* — 5. *Utram manum magis exerces?* — 6. *Utrum consulem in pugna apud Cannas Hannibal fugavit? Uter mortem occubuit?* — 7. *Vergilii et Horatii poetarum multa opera exstant: utrius carmina te magis delectant?* — 8. *Utri nostrum hunc Ciceronis librum de amicitia dabis?* — 9. *Caius Marius et Iulius Caesar maximi Romanorum duces fuerunt; utrius virtutem digniorem laude putas?* — 10. *Romani et Lacedaemonii peritissimi fuerunt rei militaris: uter populus maius imperium sibi paravit?*

Esercizio 172

1. A Numa successe (*succedo, is, 3^a*; perf. *successi*) nel regno Tullo Ostilio: quale dei due fu più bellicoso? quale più saggio? — 2. Forse qualcuno di voi nega il suo aiuto all'amico bisognoso? — 3. Di quale dei due poeti fu patria Verona (*Verona, ae, f.*)? di Catullo o (= *an*) di Virgilio? — 4. Chi mai sa i nomi dei triumviri? — 5. Gli storici celebrano il valore di Annibale e la prudenza di Fabio Massimo: a quale dei due la sorte fu più benigna? — 6. Tiberio e Caio Gracco si procurarono grande fama di eloquenza: quale fu più famoso? quale più audace? — 7. Che cosa mai mi dici? — 8. Quale delle due guerre fu più atroce per i Romani? la guerra che combatterono contro i Sanniti o (= *an*) quella contro Annibale? — 9. Lisia (= *Lysias*), Demostene ed Iperide (= *Hyperides*) furono oratori eloquentissimi: chi fu il più elegante? chi il più veemente?

Latini sermonis cursus a principio aut ex nihilo

Vicesima tertia lectio

VICESIMA TERZIA LECTIO

VICESIMAE ALTERIUS LECTIONIS ESERCITATIONUM A SERMONE ITALICO EMENDATIO

A latino sermone esercitationes de visu emendabo

1) Qua pugna et quo anno Scipio Hannibalem vicit? 2) Qui Romanus scriptor posteris de saeculi primi post Christum natum imperatoribus maiores nuntios tradidit? 3) Quis primus horridos gladios invenit? 4) Quis inter poetas romanos (qui romanus poeta) ruris studiosior quam Tibullus est? 5) Quo animo haec toleratis? 6) Quod flumen Galliam a Germania dividit. 7) Cur, Coriolane, delere patriam vis qua nihil carius est? 8) Quot annos secundum bellum punicum fuit? 9) Quid dicis? Quae insania te perturbat? 10) Quis de officiis tres libros scripsit? 11) Quis istis vestris verbis mendacibus credet? 12) Cum duo Homeri poemata leges, quo nullus poeta maior est?

1) Numae in regnum Tullius Hostilius successit: uter bellicosior fuit? Uter sapientior? 2) Numquis vestrum egenti amico auxilium suum negat? 3) Utrius poetae Verona patria fuit? Catulli an Vergilii? 4) Quisnam triumvirum nomina cognoscit? 5) Rerum scriptores Hannibalis virtutem e Fabii Maximi prudentiam celebrant: utri sors clementior fuit? 6) Tiberius et Caius Gracchus magnam eloquentiae famam sibi paraverunt: uter clarior fuit? uter audacior? 7) Quidnam mihi dicis? 8) Utrum bellum Romanis atrocius fuit? Bellum quod contra Samnites an contra Hannibalem pugnaverunt? 9) Lysias, Demostenes et Hyperides eloquentissimi oratores fuerunt. Quis elegantissimus fuit? Quis vehementissimus?

Studiare sul testo di grammatica:

- Pronomi e aggettivi indefiniti

GLI ESERCIZI DELLA VENTITREESIMA LEZIONE: DEVONO ESSERE SVOLTI TUTTI.
LA CORREZIONE A VIDEO NELLA VENTIQUATRESIMASIMA LEZIONE
Utilizzare al bisogno un piccolo dizionario
Prima di iniziare la traduzione si devono conoscere tutte le regole della
ventitreesima lezione

Esercizio 173

(Grammatica § 100, 1)

1. *Qui aliquid habet, satis habet.* — 2. *Si quis invitus erraverit, ei libenter ignoscemus.* — 3. *Si quid mali in me putas, cur taces?* — 4. *Si quid memoria dignum fuit nulla aetas posteris tradere omisit.* — 5. *Si quod scelus admisi, poenam non recuso.* — 6. *Num quis iustior Aristide Athenis fuit? Sed tamen civium damnationem non effugit.* — 7. *Miseri semper aliquid boni a fortuna sperant.* — 8. *Si qui miles consulis imperatis non oboediverit, infami morte eum punient.* — 9. *Aliquis ostium pulsat: cur ostiarius non aperit?* — 10. *Aliquod vitium etiam in optimo viro est.* — 11. *Aliquot versus Lucretii (Lucretius, ii, m. = Lucrezio) duriores et difficiliore sunt.* — 12. *In lacrimis quoque est aliqua voluptas.* — 13. *Si quae certa scis de novis rebus, exspecto litteras.* — 14. *Tui sermonis aliqua non intellexi: visne (= vuoi) mihi ea clarius explanare?* — 15. *In aliquibus Italiae regionibus vivit adhuc aper.*

Esercizio 174

1. L'uomo laborioso fa sempre qualche cosa di utile. — 2. Non piace a tutti ciò che piace a qualcuno. — 3. Qualche timore turba sempre l'uomo che ha il rimorso di un delitto. — 4. Se qualcuno di voi conosce il colpevole, parli (= loquatur). — 5. La vecchia raccontò alcune favole ai fanciulli, che l'ascoltarono molto attentamente. — 6. Manda a casa mia qualcuno dei tuoi servi. — 7. Se qualche pericolo incombe, i soldati ci difenderanno. — 8. La menzogna nuoce sempre a qualcuno. — 9. « Io invecchio, ma imparo sempre qualcosa », diceva il poeta Solone. — 10. Vi sono alcuni doveri che i filosofi esaltano, ma il volgo trascura. — 11. Cesare, se qualcuno implorava la sua misericordia, accordava (= dava) volentieri il perdono. — 12. I ladri portarono via (*asporto, as, 1^a*) dalla casa tutte le cose di qualche valore (*pretium, ii, n.*). — 13. Camillo con alcuni uomini coraggiosi venne da Veio a Roma e cacciò i Galli. — 14. Alcuni disertori svelarono il piano di guerra (*belli ratio, onis, f.*) della cavalleria dei nemici.

Esercizio 175

(Grammatica § 100, 2-8)

1. *Vitiis carere virtus quaedam est.* — 2. *Fuit quoddam tempus, quo in agris passim homines bestiarum more errabant.* — 3. *Suam quisque bonus civis patriam amat et defendit.* — 4. *Quemvis laudare stultum est.* — 5. *Si cuiquam probo fortuna pecuniam ademit (= tolse), honestas est solacium egestatis.* — 6. *Non cuiusvis hominis summum est habere imperium.* — 7. *Doctissimus quisque Varronis opera laudat.* — 8. *Graecus quidam poëta, quotiens Augustus e Palatio descenderat, aliquod epigramma ei porrigebat.* — 9. *Quorundam hominum mos est quidvis vituperare.* — 10. *Cuiuslibet rei improbae maximum erat studium Catilinae.*

Esercizio 176

1. Alcuni di voi aspettavano qualche premio, ma non ne erano degni. — 2. Dopo la battaglia il generale distribuì gran parte della preda a tutti i soldati più valorosi (trad.: a ciascun soldato valorosissimo). — 3. Il tempo cancella qualsiasi dolore. — 4. Uno dei cittadini annunziò ai senatori la vittoria dei Romani. — 5. Che cosa è più dolce a ciascun uomo della sua (= *suā*) casa? — 6. L'uomo saggio sopporta qualsiasi sventura con animo sereno. — 7. A certuni sono più cari i piaceri che i doveri. — 8. L'uomo saggio è contento di qualunque genere di vita. — 9. Certi animaletti (*bestiöla, ae, f.*) vivono un solo giorno. — 10. La madre dava (*praebeo, es, 2^a*) al bimbo malato la medicina ogni tre ore.

Esercizio 177

(Grammatica § 101)

1. *Uterque consul fortiter pro salute reipublicae pugnavit.* — 2. *Eodem die uterque Lacedaemoniorum rex castra movit et copias ad proelium paravit.* — 3. *Utrāque manu telum tenebat fortis vir et contra hostem procedebat.* — 4. *Neutri consuli locus idoneus ad proelium videbatur (= sembrava).* — 5. *Asinius Pollio et Valerius Messalla Augusti temporibus floruerunt: uterque clarus orator fuit, neutrius autem scripta ad nos pervenerunt.* — 6. *Neutrū nostrum consilium tuum placuit.* — 7. *Uterque Gracchus plebem diligebat eiusque iura contra vim patriciorum defendebat.* — 8. *Hodie duos pulcherrimos libros emi: utrumlibet lege.* — 9. *Saepe qui utrumque cupit (= desidera) neutrum habet.*

Esercizio 178

1. I Romani tenevano con forti presidi l'una e l'altra riva del fiume. — 2. Lucrezio e Catullo sono due grandi poeti: l'uno e l'altro vissero all'età di Cesare. — 3. Ciascuno provvede a sé e alle sue cose nel modo migliore. — 4. Livio Andronico, che visse in Roma ai tempi delle guerre puniche, compose tragedie e commedie: noi [non] conserviamo né le une né le altre. — 5. Mi piacciono moltissimo Virgilio e Orazio e leggo volentieri qualsivoglia dei due. — 6. I Romani combatterono contro Filippo, re di Macedonia, e contro suo figlio Perseo: in entrambe le guerre furono vincitori. — 7. Nessuno di voi due è senza difetti. — 8. Il console espugnò entrambe le città nello stesso giorno. — 9. I due eserciti combatterono con grande valore, ma la vittoria non fu di nessuno dei due.

Latini sermonis cursus a principio aut ex nihilo

Vicesima quarta lectio

VICESIMA QUARTA LECTIO

VICESIMAE TERTIAE LECTIIONIS ESERCITATIONUM A SERMONE ITALICO EMENDATIO

A latino sermone esercitationes de visu emendabo

1) Homo sedulus aliquid utile semper facit. 2) Non omnibus placet quod alicui placet. 3) Aliqui timor hominem semper turbat cui sceleris conscientia est. 4) Si quis vestrum nocentem cognoscit, loquatur. 5) Anus pueris aliquot fabulas narravit, qui eam attentissime audiverunt. 6) Domum meam aliquem tuorum servorum mitte. 7) Si quod periculum imminet, milites nos defendent. 8) Alicui mendacium semper nocet. 9) "Senesco, sed aliquid semper disco", Solon poeta dicebat. 10) Aliqua officia sunt quae philosophi celebrant, sed vulgus neglegit. 11) Caesar, si quis misericordiam eius implorabat, veniam libenter dabat. 12) Fures domo omnia pretii cuiusdam asportabant. 13) Camillus cum fortibus nonnullis hominibus Veis Romam venit et Gallos fugavit. 14) Aliquot transfugae hostium equitatus belli rationem aperuerunt.

1) Nonnulli vestrum aliquod praemium exspectabant, sed digni non erant. 2) Post pugnam dux maxime strenuo cuique militi magnam praedae partem distribuit. 3) Tempus dolorem quemvis delet. 4) Quidam civium senatoribus Romanorum victoriam nuntiavit. 5) Quid homini domo cuique sua dulcius est? 6) Sapiens aequo animo quamvis calamitatem tolerat. 7) Quibusdam voluptates quam officia cariores sunt. 8) Sapiens cuiusvis generis vitae contentus est. 9) Quaedam bestiolae uno die vivunt. 10) Mater puero aegroto quarta quaque hora medicinam dabat.

1) Romani utramque fluminis ripam validis praesidiis tenebant. 2) Lucretius et Catullus magni poetae sunt: uterque Caesaris aetate vixit. 3) Sibi quisque providet et meliore modo suis rebus. 4) Livius Andronicus, qui Punicorum bellorum temporibus Romae vixit, tragoedias et comoedias composuit: neutras servamus. 5) Mihi maxime placente Vergilius et Horatius et utrumvis lego. 6) Romani contra Philippum, Macedonum regem, et filium eius Perseum pugnaverunt. 7) Neuter vestrum sine vitio est. 8) Consul eodem die utramque urbem expugnavit. 9) Duo exercitus magna virtute pugnaverunt, sed victoria neutri fuit.

Studiare sul testo di grammatica:

- Pronomi indefiniti difettivi e la negazione in latino

GLI ESERCIZI DELLA VENTIGUATTRESIMA LEZIONE: DEVONO ESSERE SVOLTI TUTTI.

LA CORREZIONE A VIDEO NELLA VENTICINQUESIMA LEZIONE

Utilizzare al bisogno un piccolo dizionario

Prima di iniziare la traduzione si devono conoscere tutte le regole della ventiquattresima lezione

1. Traducete in italiano le seguenti proposizioni, ricordando che in latino due negazioni formano un'affermazione:

1. *Nemo non parentes amat.* — 2. *Nusquam non virtus colitur* (= è onorata). — 3. *Sunt inter animalia et homines nonnulla communia.* — 4. *Numquam civis bonus legibus non paret.* — 5. *Nonnullos captivos hostes trucidaverunt.* — 6. *Non numquam exundat Tiberis.* — 7. *Nihil non temere imprudentes faciunt* (= fanno). — 8. *Nullum scelus est quod Nero non admiserit* (= abbia commesso).

2. Traducete in latino le seguenti proposizioni, ponendo attenzione ad eliminare la doppia negazione per mantenere alla frase il valore negativo:

1. L'avaro non ama nessuno e nessuno lo ama. — 2. Il cavallo Bucefalo non ubbidiva a nessuno. — 3. Da te (*ab + abl.*) non aspetto né mai aspetterò nessun aiuto. — 4. Nulla commuoverà mai l'animo duro e spietato (*crudelis, e*) di quest'uomo. — 5. I malvagi non troveranno pace in nessun luogo. — 6. Non ho visto nessuno e nessuno mi ha visto.

Esercizio 179

1. « *Nemo me lacrimis decoret* (= onori): » canit Ennius poëta « *volito* (volito, *as, 1^a* = volare) *vivus per ora virorum.* » — 2. *Illi quibus nihil satis est, nihil unquam habent.* — 3. *Hoc vino nihil suavius quisquam bibit.* — 4. *Si nihil mali commisisti, timere non debes quicquam nec quemquam.* — 5. *Dux sine ulla spe victoriae castra reliquit.* — 6. *Nullius rei poëtae cupidores sunt quam gloriae.* — 7. *Nullus homo usque ad mortem beatus est.* — 8. *Numquam in ullo homine tanta vitia fuerunt.* — 9. *Nemo est in patria propheta.* — 10. *Anno quadringentesimo trigesimo a. Chr. n. Athenis gravissima pestilentia fuit: cadavera in viis iacebant nec quisquam ea sepeliebat.* — 11. *Plerique imperatores Romani tristem vitae exitum habuerunt.*

Esercizio 180

1. Nessuno mi vide, né io desideravo vedere alcuno. — 2. L'uomo onesto non offende nessuno, non nuoce a nessuno. — 3. « Nulla per me è piú dolce della vita » disse Achille a Ulisse nell'Averno. — 4. « Non vedrai mai nulla piú bello e piú grande di Roma » canta il poeta Orazio. — 5. Taluni dopo una grave malattia non conservano il ricordo di nulla. — 6. Nessuno degli imperatori romani fu d'animo buono e generoso quanto Tito. — 7. La maggior parte degli uomini non sono contenti per la loro condizione (*sors, sortis, f.*) e vivono infelici. — 8. I provvedimenti di Cesare dopo le vittorie sui Pompeiani (*Pompeiani, orum, m. pl.*) piacquero ai piú. — 9. Il console congedò (*dimitto, is, 3^a*) tutti e non ascoltò il parere (*sententia, ae, f.*) di nessuno.

Latini sermonis cursus a principio aut ex nihilo

Vicesima quinta lectio

VICESIMA QUINTA LECTIO VICESIMAE QUARTAE LECTIONIS ESERCITATIONUM A SERMONE ITALICO EMENDATIO

A latino sermone esercitationes de visu emendabo

1) Avarus neminem amat nec quisquam eum amat. 2) Equus Bucephalus nemini oboediebat. 3) A te ullum auxilium non expecto nec umquam expectabo. 4) Numquam aliquid asperum animum et crudelem huius hominis tanget. 5) Nusquam improbi pacem invenient. 6) Neminem vidi ac nemo me vidit.

1) Nemo me vidit nec quemquam videre desiderabam. 2) Honestus homo neminem violat, nemini nocet. 3) Nihil mihi dulcius vita est - Ulixi Achilles in Averno dixit. 4) Numquam aliquid videbis pulchrius et Roma maius - Horatius poeta canit. 5) Quidam post gravem morbum nullius rei memoriam servant. 6) Nemo inter romanos imperatores bono ac magnanimo animo quam Titus fuit. 7) Plerique homines sua sorte beati non sunt et infelices vivunt. 8) Caesaris consilia post victorias in Pompeianos plerisque placuerunt. 9) Consul omnes dimisit nec cuiusquam sententiam audivit.

Studiare sul testo di grammatica:

- Altri pronomi e aggettivi indefiniti

**GLI ESERCIZI DELLA VENTICINQUESIMA LEZIONE: DEVONO ESSERE SVOLTI
TUTTI.**

LA CORREZIONE A VIDEO NELLA VENTISEESIMA LEZIONE

Utilizzare al bisogno un piccolo dizionario

**Prima di iniziare la traduzione si devono conoscere tutte le regole della
venticinquesima lezione**

Esercizio 181

1. *Ex tot milibus militum duo milia tantum in patriam reverterunt, reliqui in longinquis regionibus decesserunt.* — 2. *In proelio apud lacum Trasumenum Hannibal alterum oculum amisit.* — 3. *Germani in deorum numero eos solos ponunt quos cernunt: Solem, Vulcanum et Lunam; reliquos ne famā quidem (ne... quidem = neppure) cognoverunt.* — 4. *Alterutrum vestrum invoco: nam utriusque certam fidem cognosco.* — 5. *Erant Helvetiis itinera duo: alterum per Sequanos, angustum et difficile, alterum per provinciam nostram, facilius atque expeditius.* — 6. *Aliud est maledicere, aliud accusare.* — 7. *Aegyptii, Assyrii, Babylonii ceterique populi, qui antiquis temporibus maxime floruerunt, in marium vel fluminum ripis habitaverunt.*

Esercizio 182

1. Dobbiamo essere indulgenti con gli altri (dat.), non con noi stessi. — 2. Una sola salvezza vi è per i vinti: il non sperare nessuna salvezza. — 3. Altri sono i doveri dei giovani, altri i doveri dei vecchi. — 4. Di tutto l'esercito cinquemila soldati fuggirono (= *fugerunt*), gli altri affrontarono (*occumbo, is, 3^a*) la morte valorosamente. — 5. Gli uomini vedono piú facilmente i difetti degli altri che i propri. — 6. Leggerò in questi giorni l'uno o l'altro dei due bei libri che mi hai donato. — 7. Orazio Coclite da solo trattenne gli Etruschi, mentre i compagni tagliavano (trad. con il pres.) il ponte; poi a nuoto (= *natando*) raggiunse (*attingo, is, 3^a*) l'altra riva.

Esercizio 183

1. *Talem habuisti mercedem, qualem meruisti.* — 2. *Cum (= quando) Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Aedui, alterius Sequani.* — 3. *In tota vita unum certum est: mors.* — 4. *Quantus fuit impetus hostium tanta fuit nostrorum militum fortitudo.* — 5. *Duae erant equitum alae: altera Romanorum, altera sociorum.* — 6. *Hostes diutius nostrorum impetus non sustinuerunt: alii se in montem, alii ad impedimenta et carros suos contulerunt (= si portarono), alii in proximas silvas se abdiderunt (perf. di *abdo, is, 3^a* = nascondere).* — 7. *Non semper hominum qualis est oratio, talis est vita.* — 8. *Aliqui in partes duas animum dividunt: alteram participem rationis dicunt, alteram expertem.*

Esercizio 184

1. Alle Termopili quanti erano i soldati, tanti caddero in combattimento. — 2. Nella prima guerra punica i Romani combatterono per il dominio (*de + abl.*) di tutta la Sicilia. — 3. Quella fanciulla è tale quale la madre. — 4. In nessun poeta vi fu tanta forza d'ingegno quanta in Omero. — 5. Nessuno nella vita è senza dolori: alcuni lamentano (= *queruntur*) la povertà, altri le malattie. — 6. Uno dei consoli era incline alla tattica (*belli ratio, onis, f.*) di Q. Fabio Massimo, l'altro desiderava attaccare (*committo, is, 3^a*) battaglia. — 7. Democrito ed Eraclito avevano indole assai diversa: uno era sempre lieto, l'altro sempre triste. — 8. Nessun miraggio (*spes, ei, f.*) di onori induce i buoni all'inganno.

Latini sermonis cursus a principio aut ex nihilo

Vicesima sexta lectio

VICESIMA SEXTA LECTIO

VICESIMAE QUINTAE LECTIONIS ESERCITATIONUM A SERMONE ITALICO EMENDATIO

A latino sermone esercitationes de visu emendabo

1) Indulgentes aliis esse debemus, non nobismet ipsis. 2) Una salus victis est: nullam salutem sperare. 3) Altera iuvenum officia, altera senum sunt. 4) Totius exercitus quinque milia militum fugerunt, ceteri mortem stenue occubuerunt. 5) Homines aliorum vitia quam sua facilius vident. 6) In his diebus utrumque pulchrum librum quem mihi donavisti, legam. 7) Horatius Cocles solus hostes retinuit, dum comites pontem dissecabant; postea natando alteram ripam attigit.

1) In Thermopylis quot milites erant, tot in pugna ceciderunt. 2) Primo bello Punico Romani de totius Siciliae imperio pugnaverunt. 3) Talis illa puella qualis mater est. 4) In nullo poeta tanta ingenii vis quanta in Homero fuit. 5) Nemo in vita sine doloribus est: alteri paupertatem, alteri morbos queruntur. 6) Alter consul proclivis ad Q. Fabii Maximi belli rationem erat, alter proelium committere desiderabat. 7) Democrito et Heraclito dissimilis indoles erat: alter(unus) semper laetus, alter semper tristis erat. 8) Nulla honorum spes ad dolum honestos inducit.

Studiare sul testo di grammatica:

- Ripasso pronomi

**GLI ESERCIZI DELLA VENTISEIESIMA LEZIONE: DEVONO ESSERE SVOLTI TUTTI.
LA CORREZIONE A VIDEO NELLA VENTISETTESIMA LEZIONE
Utilizzare al bisogno un piccolo dizionario
Prima di iniziare la traduzione si devono conoscere tutte le regole della
ventiseiesima lezione**

EROISMO DEL TRIBUNO MILITARE Q. CAEDICIO. - *Rerum scriptores praeclarum facinus Q. Caedicii, tribuni militum, narrant. In bello contra Carthaginienses eius exercitus in summo discrimine erat quod (= perché) hostes collem circum occupaverant et Romanos clausuraverant (= avevano circondato). Tunc ille haec verba consuli dixit: — Si mihi quadringentos milites dabis, collem illum occupabo. Hostes sine dubio omnes in (= contro) nos impetum facient (= faranno); tu interea exercitum in tuto collocabis. — Itaque vir ille, quem nullus mortis timor terruerat, salutem Romanis paravit, sed ipse eiusque comites omnes in proelio conciderunt. Dei tamen immortales Caedicio fortunam, quā dignus erat, dederunt (perf. di do, as, 1^a). Eum enim inter cadavera adhuc vivum milites Romani invenerunt. Postea autem convaluit (= guarì) et alia pericula pro patria adiit (= affrontò).*

AL MERCATO. - *Cleobulus cum filio et servo ad Forum ivit (= andò), cui Athenis nomen erat « agorà ». Saepe in Forum venerat, aut cum in contione suffragium ferebat (= dava), aut cum in tribunali ius dicebat (ius dico, is, 3^a = amministrare la giustizia). Sed illā die victum emere sibi proposuerat. Iam omnia cibaria in Foro exposita erant. Primum Cleobulus eo (= là) venit ubi pisces piscatores vendebant, et statim mercatores eum vocaverunt. — Hos congros specta. Nullos maiores, nullos meliores, nullos recentius captos (= presi) invenies! — Has ostreas, optimas inter omnes, vide! — Has anguillas in manibus habe. Vivae sunt: in lacu Copaide heri etiam ludebant! — Mercatorem proximum Atheniensis ille noster interrogavit: — Quanti (= a quanto) istos congros vendis? — Duodecim obolis. — Cariores sunt. — Cariores! Maximi et pinguisissimi congri, qui hodie mane in mari captati sunt (= sono stati pescati)! — Dubitabat Cleobulus; pauper enim erat; circum tabernas concursavit. Tum demum minores congros non minoris (= a minor prezzo) emit: cunctatio nihil iuverat.*

UN GIUDIZIO DEL RE SALOMONE. - *Diligebat Deus Salomonem. Itaque ei eximiam sapientiam impertivit. Quadam die Salomon suae sapientiae specimen dedit (perf. di do, as, 1^a). Duae mulieres in eadem domo habitabant; utraque eodem tempore habuit puerum. Unus ex his puerulis post diem tertium nocte decessit. Mater subduxit puerum alterius mulieris, quae graviter dormiebat, et in huius loco filium suum mortuum posuit. Mane gravis altercatio inter duas mulieres orta est (= sorse) utra pueruli vivi mater esset (= fosse); postremo rem Salomonis iudicio permiserunt (perf. di permitto, is, 3^a = sottoporre). Difficilis erat atque perobscura quaestio: nam nullus erat testis. Rex autem, sapienti consilio: — Dividite — inquit (= disse) — puerum de quo controversia est, et partem unam uni mulieri, alteram alteri date. — Iudicio assensit falsa mater; altera vero exclamavit: — Puerum serva, o rex, et isti integrum da! — Tum rex: — Res est manifesta; haec vero est mater pueri. — Et huic illum adiudicavit.*

Latini sermonis cursus a principio aut ex nihilo

Vicesima septima lectio

VICESIMA SEPTIMA LECTIO

VICESIMAE SEXTAE LECTIIONIS ESERCITATIONUM A SERMONE ITALICO
EMENDATIO

A latino sermone exercitationes de visu emendabo

Studiare sul testo di grammatica:

Composti di SUM e verbo POSSUM

GLI ESERCIZI DELLA VENTISETTESIMA LEZIONE: DEVONO ESSERE SVOLTI TUTTI.
LA CORREZIONE A VIDEO NELLA VENTOTTESIMA LEZIONE
Utilizzare al bisogno un piccolo dizionario
Prima di iniziare la traduzione si devono conoscere tutte le regole della
ventisettesima lezione

Esercizio 191

1. *Si omnes copiae pugnae interfuisent, maior hostium caedes fuisset.* — 2. *Ei, qui nihil exoptat, nihil deest.* — 3. *Quid proderunt arma, si virtus deest?* — 4. *Post mortem patris Hamilcaris summā peritiā rei militaris Hannibal toti equitatu praefuit.* — 5. *Neptunus, ut (= come) apud Homerum legimus, magno convivio in Aethiopia interfuerat.* — 6. *Saepe multa mala solent (= sono soliti) subesse auro.* — 7. *Inter castra Romanorum et hostes flumen intererat.* — 8. *Sapientes melius quam divites rebus publicis praesunt.* — 9. *Nemini vitia profuerunt, nemini virtus obfuit.* — 10. *Nescio quid illi homini tam turpis avaritia profuerit.*

Esercizio 192

1. Quintilio Varo in Germania era a capo di tre legioni. — 2. Questa favola insegna quanto (= *quantum*) giovi la concordia e quanto nuoccia la discordia. — 3. È vergognoso venir meno agli amici nel pericolo. — 4. Sia sempre lontana dalla nostra città la guerra civile, che è il peggiore dei mali. — 5. Se tuo padre fosse stato presente, sarebbe stato contento. — 6. Non ti mancano le forze, ti manca la volontà. — 7. Noi gioveremo anche a chi ci ha nuociuto. — 8. Coloro che sono a capo dello Stato devono essere immemori delle loro proprie inimicizie. — 9. Ai tiranni mancano i veri amici, ma non mancano gli adulatori. — 10. Gli stolti non giovano a nessuno e spesso nuocciono a molti.

Esercizio 193

1. *Fuit in Cloelia virgine virile quoddam ingenium.* — 2. *Nisi Themistocles Atheniensium classi praefuisset, Graeci in pugna contra Persas victores non fuissent.* — 3. *Si exempla desunt, vana sunt praecepta.* — 4. *Hiems suberat et dux omnes copias in hiberna duxit.* — 5. *Usus iuvenibus prodest magis quam parentum et magistrorum praecepta.* — 6. *Aurea aetate poena metusque aberant ab hominibus et terra sponte sua fructus praebebat.* — 7. *Acre hiemis frigus multis arboribus obfuit.* — 8. *Adeste in tribunali: vestra consilia fortasse (= forse) proderunt.* — 9. *Castra Gallorum non multum a Caesare aberant.* — 10. *In iis qui rei publicae praesunt magna prudentia inesse debet.*

Esercizio 194

1. L'accampamento dei nemici era lontano tremila (acc.) passi dalla città di Roma. — 2. In Silla, uno dei più grandi condottieri romani, c'erano molte virtù, ma anche molti difetti. — 3. All'uomo buono [non] è gradito nuocere neppure (= *ne... quidem*) a chi gli ha nuociuto. — 4. Il vecchio Priamo fu presente alla rovina del suo regno. — 5. Nessuno dei compagni di Ulisse scampò alla tempesta dopo la strage dei buoi sacri al Sole (gen.) nell'isola di Sicilia. — 6. Se tu non fossi stato lontano dalla città, avresti partecipato al banchetto. — 7. Dai comizi sia lontano ogni clamore. — 8. Essere a capo di un esercito richiede (*postūlo, as, 1^a*) molte doti, ma soprattutto un animo pronto e deciso (*firmus, a, um*). — 9. È cattivo chi nuoce a molti e non giova a nessuno.

Esercizio 195

1. *Mons altissimus impendebat, qua re facile perpauca transitum prohibere poterant.* — 2. *Non eadem possumus omnes.* — 3. *Numquam amicitia esse poterit, nisi inter bonos.* — 4. *Nemo nostrum ignorat quantum etiam in beluis possit filiorum amor.* — 5. *Qui scelus commiserit, numquam securus esse poterit.* — 6. *Nec civitas in seditione beata esse poterit, nec in discordia domus.* — 7. *Sine tuo auxilio has difficultates vincere non potuissemus.* — 8. *Omnes naves incolumes ad continentem pervenerunt; sed ex iis onerariae (= navi da carico) duae eosdem portus, quos Caesar reliquerat, capere (= raggiungere) non potuerunt.* — 9. *Si futura providere potuissent, haud dubie (= senza dubbio) prudentiores fuissent.* — 10. *Hostium impetum nihil coërcere potuit.* — 11. *Aliud est posse, aliud potuisse.*

Esercizio 196

1. Possano i nostri soldati essere vincitori nella difficile battaglia che attaccheranno domani a Zama. — 2. I vecchi non possono sostenere fatiche troppo gravi. — 3. L'amicizia dei potenti vi potrà giovare molto, ma è cosa migliore la stima degli onesti. — 4. Se potessi, sarei piú veloce, ma sono stanco. — 5. Non potremo mai servire a due padroni. — 6. Non ho potuto trovare il mio amico: infatti è assente dalla città. — 7. Se i centurioni fossero stati piú audaci, i soldati, ai quali non mancava il valore, avrebbero potuto facilmente sostenere l'impeto dei nemici. — 8. Parteciparono al banchetto tutti gli amici che erano potuti venire in città. — 9. Se non fossero mancati gli aiuti, i nostri avrebbero potuto occupare l'accampamento dei nemici. — 10. Ettore, per mezzo di Dolone, al quale aveva promesso i cavalli di Achille, desiderava conoscere le intenzioni dei generali greci.

Latini sermonis cursus a principio aut ex nihilo

Duodetricesima lectio

DUODETRICESIMA LECTIO VICESIMAE SEPTIMAE LECTIONIS ESERCITATIONUM A SERMONE ITALICO EMENDATIO

A latino sermone exercitationes de visu emendabo

1) Quintilius Varus in Germania duobus legionibus praeerat. 2) Haec fabula docet quantum concordia prosit et quantum obsit discordia. 3) Turpe est in periculo amicis deesse. 4) A nostra urbe bellum civile semper absit quod pessimum malum est. 5) Si pater tuus adfuisset, contentus fuisset. 6) Vires tibi non desunt, voluntas deest. 7) Proderimus iis quoque qui nobis obfuerunt. 8) Qui reipublicae praesunt, immemores esse debent suarum inimicitiarum. 9) Tyrannis veri amici desunt, sed adentatores adsunt. 10) Stulti nemini prosunt et multis saepe obsunt.

1) Hostium castra tria milia passuum ab urbe Roma aberant. 2) Sullae, aliquis inter maximos Romanos duces, multae virtutes sed etiam multa vitia erant. 3) Homini bono gratum non est ei ne obesse quidem qui ei obfuit. 4) Priamus senex sui regni ruinae adfuit. 5) Nemo Ulixis sociorum post boum Soli sacrorum caedem in Sicilia insula procellae superfuit. 6) Nisi ab urbe afuisses, in epulis adfuisset. 7) A Comitii unusquisque clamor absit. 8) Praeesse exercitui multas virtutes sed praesertim animum paratum et firmum postulat. 9) Malus est qui multis obest et nemini prodest.

1) Nostri milites victores esse possint in difficili proelio quod cras Zamae conficient. 2) Senes labores graviores sustinere non possunt. 3) Potentium amicitia vobis magnopere prodesse poterit, sed melius est proborum existimatio. 4) Si possem, velocior essem, sed lassus sum. 5) Numquam duobus dominis servire poterimus. 6) Non potui meum amicum invenire; nam ab urbe abest. 7) Si centuriones audaciores fuissent, milites quibus virtus non deerat, potuissent hostium impetum facile sustinere. 8) Epulis adfuerunt omnes amici qui potuerant in urbem venire. 9) Nisi auxilium defuisset, nostri urbem occupare potuissent. 10) Hector per Dolonem, cui Achilles equos promiserat, ducum Graecorum consilia cognoscere desiderabat.

Studiare sul testo di grammatica:

Congiuntivo delle quattro coniugazioni e la proposizione finale

GLI ESERCIZI DELLA VENTOTTESIMA LEZIONE: DEVONO ESSERE SVOLTI TUTTI.
LA CORREZIONE A VIDEO NELLA VENTINOVESIMA LEZIONE
Utilizzare al bisogno un piccolo dizionario
Prima di iniziare la traduzione si devono conoscere tutte le regole della
ventottesima lezione

1. Troianae mulieres deos orabant ut urbem Priami servarent. — 2. Seneca philosophus nos monet ne mortem timeamus. — 3. Ante pugnam Helvetii diu vires exercuerant, ut impetum Romanorum exercitus coërcerent. — 4. Admonet haec fabula ne stultorum irrisiones curemus. — 5. Artaxerxes Themistocli urbem Magnesiam donaverat, quae (= ut ea) ei panem praeberet; urbem Myunta (Myus, untis, f. = Miunte), ex qua (= ut ex ea) obsonium (= companatico) haberet. — 6. « Utinam (= voglia il cielo che) meam tam angustam domum veris amicis impleam! » exclamavit Socrates. — 7. Cato Maior multis praeceptis Marcum filium monet ut parentes amet, verecundiam servet, diligentiam adhibeat, pro patria pugnet. — 8. Caesar vehementi oratione militum animos incitavit ne Germanos timerent, contra quos proelium parabant.

1. Alcinoo pregò Demodoco (= Demodocum) affinché dilettaesse l'ospite con il suo canto. — 2. Durante i banchetti i buffoni mescolavano arguzie e facezie perché i convitati ridessero. — 3. Vi aiuteremmo volentieri se non fossimo noi stessi molto poveri. — 4. Nel quarto secolo a. C. Epaminonda con i suoi Tebani combatté contro Sparta perché non nuocesse alle altre città del Peloponneso. — 5. Gli Elvezi avevano lasciato le loro case per muovere guerra a tutta la Gallia. — 6. Affinché nessuno ignori il grande valore di Cesare, leggeremo alcuni passi (loci, orum, m.) del suo libro che s'intitola (= inscribitur) « De bello Gallico ». — 7. Sia di esempio (dat.) ai giovani Attilio Regolo, che, per non violare il giuramento, sopportò con animo coraggioso la morte. — 8. Il poeta Orazio scrisse molti carmi piuttosto mordaci per biasimare i vizi degli uomini del suo tempo. — 9. Il poeta Virgilio per piacere ad Augusto cantò la vita dei campi con i quattro libri delle Georgiche.

1. Cuidam qui rogabat cur Lacedaemonii urbem moenibus non munirent, Lacedaemonius quidam respondit: « Civium pectora satis sunt ut eam defendant ». — 2. Semper verum dicamus ut alii nobis fidem tribuant. — 3. Plato philosophus in Italiam venit ut Pythagoreos cognosceret et Pythagorea omnia didicit (perf. di disco, is, 3^a). — 4. Nausicaae per somnum Minerva apparuit, et eam monuit ut postero die cum ancillis ad fluminis ripam veniret. — 5. Die constituta senatores in Curiam convenerunt ut novam legem agrariam sancirent. — 6. Torquatus filium morte multavit ut dolore suo militaris imperii disciplinam sanciret. — 7. Hoc totum omitto ob eam causam, ne offendam tuas patientissimas aures. — 8. Pompeius Cumas Palilibus (Palilia, ium, n. pl. = feste in onore della dea Pale) venit; statim servum ad me misit ut mihi gratias ageret. — 9. Catullus poeta C. Memmium (= Gaio Memmio) oravit qui secum in Bithyniam duceret ut suam rem familiarem auget.

Esercizio 208

1. « Molti vivono soltanto per mangiare e per bere, io mangio e bevo per vivere » diceva Socrate. — 2. Filippo, re dei Macedoni, chiamò a sé Aristotele (Aristoteles, is, m.) perché con la sua grandissima sapienza istruisse il figlio Alessandro. — 3. Dopo la battaglia di Zama i Cartaginesi mandarono ambasciatori a Cornelio Scipione per chiedere la pace. — 4. Le donne venivano al fiume con grandi anfore per attingere acqua. — 5. Cesare mandò lettere e messaggeri ai Lingoni (Lingones, um, m.), perché non aiutassero i nemici né col frumento né con altra cosa. — 6. Ti prego vivamente (= vehementer) affinché tu ubbidisca ai tuoi genitori, i quali ti ammoniscono per correggerti. — 7. Cicerone scrisse al figlio Marco, che era in Atene, affinché imparasse i precetti del filosofo Cratippo (Cratippus, i, m.). — 8. Impediamo, o soldati, con tutte le nostre forze l'arrivo dei nemici e fortifichiamo i due accampamenti con fosse molto profonde.

Latini sermonis cursus a principio aut ex nihilo

Undetricesima lectio

UNDETRICESIMA LECTIO

DUODETRICESIMAE LECTIONIS ESERCITATIONUM A SERMONE ITALICO EMENDATIO

A latino sermone esercitationes de visu emendabo

1) Alcinous Demodocum oravit ut hospitem canto suo delectaret. 2) In epulis scurrae miscebant argutias et facetias ut convivae riderent. 3) Vos libenter iuvaremus nisi nosmet ipsi pauperrimi essemus. 4) Quarto seculo ante Christum natum Epaminondas cum suis Thebanis contra Spartam pugnavit ne ceteris Peloponnesi urbibus noceret. 5) Helvetii suas domos reliquerant ut bellum contra totam Galliam moverent. 6) Ne quis magnam Caesaris virtutem ignoret, nonnullos libri eius locos legemus qui inscribitur "De bello Gallico". 7) Sit exemplo iuvenibus Attilius Regulus qui, ne iusiurandum violaret, strenuo animo mortem toleravit. 8) Horatius poeta multa mordaciora carmina scripsit ut sui temporis hominum vitia vituperaret. 9) Vergilius poeta, ut Augusto placeret, vitam agrestem quattuor libris De Georgicis cantavit.

1) Multi solum vivunt ut manducarent et biberent, ego manduco et bibo ut vivam. 2) Philippus, Macedonum rex, Aristotelem apud se vocavit ut filium Alexandrum edoceret. 3) Post pugnam apud Zamam, Carthaginenses legatos Cornelio Scipioni miserunt ut pacem peterent. 4) Mulieres ad flumen veniebant ut aquam magnis amphoris haurirent. 5) Caesar ad Lingones aepistulas et legatos misit ne hostes frumento ac alia re iuarent. 6) Te vehementer oro ut tuis parentibus oboediat, qui te monent ut emendent. 7) Cicero ad Marcum filium qui Atnenis erat, scripsit ut Cratippi philosophi praecepta disceret. 8) Impediamus, milites, omnibus nostris viribus hostium adventum atque bina castra fossis altissimis muniamus.

Studiare sul testo di grammatica:

Cum + congiuntivo latino

E' già una lezione trattata sul manuale di latino che si può scaricare dal mio sito e sentire.

GLI ESERCIZI DELLA VENTINOVESIMA LEZIONE: DEVONO ESSERE SVOLTI TUTTI.

LA CORREZIONE A VIDEO NELLA TRENTESIMA LEZIONE

Utilizzare al bisogno un piccolo dizionario

Prima di iniziare la traduzione si devono conoscere tutte le regole della ventinovesima lezione

1. *Cum terram valde adsidueque araverit, agricola lassus domum redeat (= ritorni).*
— 2. *Cum hostes impetum nostrorum militum non sustinuissent, eorum castra occupavimus.* — 3. *Hannibal, cum ex agro Beneventano (= di Benevento) castra Capuam movisset, post tres dies contra Romanos aciem instruxit.* — 4. *Quod est belli genus in quo Marius sese non exercuerit?* — 5. *Nemo est qui aliquando non peccaverit.* — 6. *Cum Hannibal apud Antiochum regem magno in honore esset, eum monebat ut bellum adversus Romanos gereret.* — 7. *Marcellus, cum Syracusas expugnasset, pulcherrima opera et artificia (= opere d'arte) Romam misit.* — 8. *C. Sulpicius Gallus, tribunus militum secundae legionis, cum consulis permissu ad contionem milites vocavisset, lunae defectionem (= un'eclissi) praenuntiavit.* — 9. *Caesar, cum Pompeianos multis proeliis profligasset, Romae maximum triumphum egit.* — 10. *Consul, cum templum Marti, belli deo, ante pugnam voverit, nunc votum explebit.* — 11. *T. Livius, clarissimus rerum Romanarum scriptor, narrat quanta cum virtute Romani contra Samnites pugnaverint.*

Esercizio 210

1. Essendo imminente una tempesta, le navi si affrettarono verso il porto. — 2. Se i cittadini temessero veramente (= *vere*) la severità delle leggi, sarebbero migliori e rispetterebbero maggiormente il diritto. — 3. Giungemmo a casa tardi, essendo usciti (*deerro, as, 1^a*) di strada. — 4. Avendo Pericle costruito i Propilei (*Propylaeus, i, m.*) sull'Acropoli, molti cittadini lo biasimarono per l'eccessiva spesa. — 5. Non avendo Milziade espugnato l'isola di Paro, gli Ateniesi lo accusarono di tradimento (*gen.*). — 6. Virgilio, essendo gravemente ammalato e temendo di morire (= *ne decederet*), pregò i suoi amici affinché distruggessero l'Eneide. — 7. Essendo apparsa in cielo una cometa, gli indovini predissero grandi sventure. — 8. « Spaventando i Tebani con un assalto improvviso, potremo occupare la rocca Cadmea (*Cadmeus, a, um*) »: così disse Pelopida agli esuli tebani. — 9. Orfeo, avendo commosso col suo canto l'animo di Proserpina, poté scendere nell'Averno.

Esercizio 211

(III e IV coniug.)

1. *Nullus dolor umquam fuit quem tempus non minuerit.* — 2. *Romani Vestales, quae ignem non custodivissent, severe puniebant.* — 3. *Cum Anchisem patrem in Sicilia sepelivisset, Aeneas cum filio et sociis in naves conscendit.* — 4. *Dionysius tyrannus, cum patriam reliquisset, Corinthi ludum aperuit.* — 5. *Ignoro quid tibi frater meus scripserit.* — 6. *Cum Tarpeia (= Tarpea), puella Romana, armillarum cupiditate hostibus urbis portam aperuisset, Sabini eam scutis necaverunt.* — 7. *Aeneas, cum Troia discessisset atque in Harpyiarum (Harpyia, ae, f. = Arpia) insulam pervenisset, tristem vaticinationem audivit.* — 8. *Nisi Caesar totam Galliam subegisset, nunc memor illius nemo esset.* — 9. *Cum Laocoon apud Troiam equum ligneum hasta laesisset, duo dracones a mari pervenerunt eumque cum filiis atrocissime laniaverunt.* — 10. *Ignoro quid projectionem tuam impediverit.* — 11. *Omnes scimus quanta crudelitate Sulla in inimicos suos saevierit.* — 12. *Nemo intellegebat cur barbari omnes in unum locum convenissent.*

Esercizio 212

1. Ercole strozzò Caco (*Cacus, i, m.*), avendo questi rubato (*subigo, is, 3^a*; perf. *subegi*) quattro robuste giovenche del suo armento. — 2. Se tu avessi detto la verità, i giudici non ti avrebbero condannato. — 3. Chi di noi ignora quante battaglie Cesare abbia vinto contro nemici più numerosi e più forti dei Romani? — 4. Avendo i nostri fortificato l'accampamento, non temettero l'arrivo delle ingenti milizie dei nemici. — 5. Impedendomi le mie occupazioni che (= *ne*) io venga da te, presto ti scriverò. — 6. Avendo Prometeo rapito il fuoco degli dei, Giove per punire il genere umano mandò sulla terra (pl.) Pandora, causa di tutti i mali. — 7. È noto con quanto accanimento (*furor, oris, m.*) i Messeni abbiano difeso il loro territorio contro la violenza degli Spartani. — 8. Imparando queste cose, sarai più saggio. — 9. Enea, essendo giunto nell'isola dei Ciclopi, trovò uno dei compagni di Ulisse, il quale narrò ai Troiani le sue terribili avventure (*casus, us, m.*).